# Innozenz VII.

## Regule domini[a] Innocentii pape[b] septimi[c]

---

[a] *Ross. 1035, Halle 54 folgt* nostri
[b] pape *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[c] Regule - septimi *Budapest 81, OL 911, PL 647, Ross. 1035, VL 3983, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Halle 54, Hannover 176a, Prato 1787; Berlin 861, Köln 25b* Incipiunt regule domini Innocentii pape septimi*;* septimi *PL 647, Ross. 1035, VL 3983, VL 4988, VL 4990, Prato 1787, Wien 5102, Wien 5474* VII

### 1.

Item dominus noster dominus Innocentius revocavit regulas factas per dominum Bonifatium papam nonum prout hic videlicet illas, ubi signavi „Cassata“, et sunt in numero decem[1].

---

[1] *Vgl. oben Bonifaz IX. Nr. $$$.*

### 2.

QUOD EXPRIMATUR MODUS VACATIONIS IN NOVA PROVISIONE[a].

Item[b] dominus noster[c] dominus[d] Innocentius papa septimus[e], XV[f] kalendas decembris pontificatus sui anno primo[1], voluit et ordinavit, quod quilibet impetrare volens novam provisionem in petitione sua teneatur exprimere personam, ex cuius facto[g] ultimo vacavit beneficium, super quo petit novam provisionem. Etsi secus factum[h] fuerit petitio, ipsa[i] forsan per eundem dominum nostrum signata[j], non valeat nec expediantur littere super illa.

---

[1] *1404 November 17.*

---

[a] Quod - provisione *VL 4988 (links); Köln 25b* Impetrans novam provisionem tenetur exprimere personam, ex cuius facto ultimo vacavit beneficium*; Heiligenkreuz 268* In nova provisione. Exprimere personam, ex cuius ultimo vacavit. Nullitas signature*; VL 4988 (rechts)* Vide infra capitulum 3
[b] Item *fehlt Ross. 1035, VL 3983, Halle 54; Prato 1787* in primo dictus
[c] dominus noster *fehlt PL 647;* noster *fehlt VL 4990*
[d] dominus *fehlt Ross. 1035, VL 3983, VL 4990, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102, Wien 5474*
[e] septimus *Budapest 81, PL 647, Ross. 1035, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Hannover 176a, Köln 25b, Prato 1787, Wien 5102, Wien 5474* VII
[f] XV *Berlin 861, Budapest 81, OL 911, PL 647, Ross. 1035, VL 3983, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Halle 54, Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Prato 1787, Wien 5102* XVI
[g] facto *Wien 5102* fructus
[h] factum *fehlt VL 3983*
[i] ipsa *VL 3983* alia*; Prato 1787* illa
[j] signata *fehlt OL 911*

## 3.

QUANDO VENIANT CLAUSULE „QUOVIS MODO“ ET „EX ALTERIUS CUIUSCUMQUE PERSONA“. QUID VENIAT SUB CLAUSULA „GENERALITER RESERVATUM“[a].

Item, eadem die[1], prefatus dominus noster voluit et ordinavit, quod[b] impetrare volens novam provisionem aut beneficium qualitercumque vacans[c] exprimat[d] in petitione[e] verum modum vacandi et addere posset has clausulas, si velit, „Etiamsi[f] alias quovis modo“ aut „Ex[g] alterius cuiuscumque persona vacet“ aut „Specialiter vel generaliter reservatum aut devolutum sit“. Etsi[h] dominus noster signaverit[i] „Fiat, ut petitur“, veniret impetranti modus[j] vacationis expressus et cum hoc adiecte clausule[k] „Sive alias[l] quovis modo[m]“ aut „Ex alterius cuiuscumque[n] persona[o] vacet[p]“, „Etiamsi[q] specialiter vel generaliter reservatum aut[r] devolutum sit“; sed, si signet „Fiat C[2]“, non veniant „Alias quovis modo[s]“ vel „Ex alterius cuiuscumque[t] persona[u]“ clausule, sed cedant[v] ei sequentes clausule „Cum modo vacationis expresso[w]“, „Etiamsi generaliter vel specialiter[x] reservatum vel devolutum sit“; sed[y] in utroque casu[z] ultra modos expressos in petitione et sub hac regula[aa] generali clausula „Etiamsi generaliter reservatum sit“ non veniant beneficia, que vacaverunt ex facto[bb] dominorum cardinalium et camerarii et referendariorum[cc] nec non notariorum et secretariorum ac cubiculariorum, auditorum sacri Palatii et collectorum Camere apostolice et quorumcumque officialium suorum in Romana curia et eorum, qui apud sedem apostolicam[dd] decesserint et[ee] quibus[ff] munus consecrationis vel benedictionis in eadem curia vel extra eam impensum fuerit, et abbreviatorum litterarum apostolicarum et earundem[gg] ac etiam Penitentiarie papalis[hh] litterarum[ii] scriptorum nec non clericorum Camere apostolice ac subdiaconorum et acolitorum dicti domini nostri pape.

---

[1] *(1404 November 17)*.
[2] *Innozenz VII. signierte die Suppliken mit* C, *vgl.* BRESSLAU, *Handbuch 2 S. 105.*

---

[a] Quando - reservatum *VL 4988 links, und rechts* Vide proxime Gregorius XII II, III, IIII et XVII *(= Gregor XII. Nr. 2-4, 17); Köln 25b* Impetrans beneficium vacans debet exprimere verum modum vacandi et clausulas positas in huiusmodi regula conc(urre)(?) signaturam supplicationem*; Prato 1787* De modo vacationis exprimendo et qui veniat per simplex „Fiat"
[b] *PL 647 folgt* quibus*; VL 3983, VL 4990 folgt* quilibet
[c] vacans *Heiligenkreuz 268* vacat
[d] exprimat *fehlt Halle 54*
[e] in petitione *fehlt Berlin 861, VL 4988, Köln 25b*
[f] etiamsi *Budapest 81* si
[g] ex *fehlt Wien 5474*
[h] etsi *VL 3983* etiamsi
[i] *Halle 54 folgt* per

[j] modus *Ross. 1035* modo
[k] hoc - clausule *VL 3983* hac adiecta clausula
[l] alias *Hannover 176a* alio
[m] quovis modo *fehlt Ross. 1035, Halle 54*
[n] cuiuscumque *fehlt Wien 5474*
[o] persona *fehlt Budapest 81, Ross. 1035, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[p] aut Specialiter - vacet *fehlt Prato 1787*
[q] etiamsi *VL 3984, Wien 5474* etiam
[r] reservatum aut *fehlt Wien 5474*
[s] modo *fehlt PL 647, VL 4990*
[t] cuiuscumque *fehlt OL 911, PL 647, Ross. 1035, VL 3984, VL 4990, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102, Wien 5474*
[u] vacet etiamsi - persona *fehlt Berlin 861; VL 3983 folgt* etc.
[v] cedant *VL 4988* cadant
[w] expresso *VL 3983, Halle 54, Köln 25b* expresse
[x] Cum modo - specialiter *fehlt VL 3984, Wien 5474*
[y] sed *fehlt VL 3983; Berlin 861* si
[z] utroque casu *fehlt VL 3984, Wien 5474*
[aa] regula *fehlt Hannover 176a*
[bb] ex facto *Halle 54* infra
[cc] referendariorum *Halle 54* reverendissimorum
[dd] apostolicam *fehlt Ross. 1035, Halle 54*
[ee] et *PL 647, VL 3983, VL 4990* ex; *Ross. 1035 folgt* in
[ff] quibus *fehlt Wien 5474; Halle 54* quilibet
[gg] et earundem *fehlt VL 4988*
[hh] papalis *Hannover 176a* specialis
[ii] litterarum *fehlt VL 4988*

## 4.

ADDITIO[a].

Idem[b] voluit idem[c] dominus noster observari[d] in omnibus confirmationibus per eum[e] super[f] quibuscumque beneficiis per eum[g] hactenus concessis et[h] concedendis.

[a] Additio *Heiligenkreuz 268*
[b] Idem *Ross. 1035, VL 3983, VL 4988, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787* Item
[c] idem *fehlt Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b*
[d] observari *PL 647, Ross. 1035, VL 4988, VL 4990, Halle 54, Wien 5102, Wien 5474* observare
[e] per eum *fehlt Ross. 1035*
[f] super *Halle 54* factis
[g] per eum *fehlt Berlin 861, VL 3983*
[h] *Berlin 861, Köln 25b folgt* in posterum

## 5.

QUOD IN NOVA PROVISIONE DE BENEFICIO RESERVATO DEBEAT EXPRIMI IN SIGNATURA „ETIAMSI SIT RESERVATUM“[a].

Dominus[b] noster[c] dominus[d] Innocentius papa VIII[e], III kalendas augusti pontificatus sui[f] anno primo[g1], ordinavit et voluit, quod, ‹si› deinceps quicumque impetrabunt ab eo novas provisiones de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis eis per ordinarios collatis vel alias[h] quovis modo per eos acquisitis, que quidem beneficia sint generaliter vel specialiter[i] reservata, nisi in signatura per dictum dominum nostrum[j] facienda[k] de manu sua[l] ponatur „Fiat, etiamsi beneficium sit reservatum“, tales gratie non valent nec littere super eis expediantur per Cancellariam. Et[m] hoc voluit habere locum in beneficiis ecclesiasticis, quorum fructus etc.[n] excedant valorem annuum secundum communem extimationem[o] quadraginta[p] florenorum auri sive decem[q] marcharum argenti seu sterlingorum aut viginti[r] librarum Turonensium parvorum. In aliis autem beneficiis minoris valoris hec regula sive ordinatio non vendicet sibi locum.

---

[1] *1405 Juli 30*.

---

[a] Quod - reservatum *VL 4988 (links); Köln 25b* Non venit impetranti beneficium reservatum in supplicatione, nisi expresse domino nostro signet in supplicatione „Etiamsi reservatum“ etc.*; Prato 1787* De beneficiis reservatis quod non veniant per simplex „Fiat“*; VL 4988 (rechts)* Vide supra capitula 2[a] et 3[a] *(= Nr. 3 und 4)*
[b] Dominus *Berlin 861, Halle 54, Köln 25b* Item dominus*; VL 3983* Item idem dominus
[c] Dominus noster *Ross. 1035* item
[d] dominus *fehlt Halle 54*
[e] dominus Innocentius - VII *fehlt VL 3983;* VII *OL 911* VIII
[f] pontificatus sui *fehlt VL 3983*
[g] primo *VL 3983* predicto
[h] alias *Ross. 1035, Halle 54* aliis
[i] vel specialiter *fehlt OL 911, VL 4988*
[j] nostrum *fehlt Ross. 1035, VL 3984, VL 4988, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102*
[k] per dictum - facienda *fehlt VL 3983*
[l] sua *VL 3983* domini nostri pape
[m] et *VL 3983* ex*; Heiligenkreuz 268* de
[n] *Prato 1787 folgt* non
[o] secundum - extimationem *fehlt Prato 1787*
[p] quadraginta *Berlin 861, PL 647, VL 3984, VL 4990, Halle 54, Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Prato 1787, Wien 5474* XL
[q] decem *Berlin 861, Ross. 1035, VL 3984, VL 4988, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102, Wien 5474* X
[r] viginti *Berlin 861, PL 647, Ross. 1035, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Halle 54, Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Prato 1787, Wien 5474* XX*; VL 3983* decem

## 6.

### **6A**. Revocatio expectativarum in civitate et diocesi Leodiensi[a].

Item, VI[b] nonas octobris pontificatus sui[c] anno primo[1], prefatus dominus noster[d] cassavit et revocavit ac pro infectis haberi voluit ab earum data omnes et singulas[e] gratias expectativas per ipsum in genere vel in specie factas quibuscumque personis, cuiuscumque[f] preeminentie seu conditionis fuerint, de quibuscumque dignitatibus, personatibus, beneficiis et officiis secularibus et regularibus[g] in[h] civitate et diocesi Leodiensi[2] existentibus et omnia contenta in eis et inde[i] vel ob[j] eas[k] secuta, nisi vigore earum habeant possessionem, decernendo[l] alias ipsarum vigore non potuisse nec posse ius in re vel ad[m] rem competere[n][3].

---

[1] *1405 Oktober 2*.
[2] *Lüttich/Liège, Wallonien, Belgien*.
[3] *Am 12. Juni 1405 wurde Johannes Egidii* prepositus Leod.*, utriusque iuris doctor, zum Kardinaldiakon von Ss. Cosma e Damiano erhoben, vgl. OS 57 fol. 128rs.*

---

[a] Revocatio - Leodiensi *VL 4988 (links); Köln 25b* Cassatio gratiarum exspectativarum in diocesi Leodiensi per ipsum Innocentium factarum
[b] VI *VL 3983* XI
[c] pontificatus sui *fehlt VL 3983*
[d] primo - noster *VL 3983* predicto
[e] et singulas *fehlt VL 3983*
[f] cuiuscumque *VL 3983* quibuscumque
[g] beneficiis - regularibus *fehlt VL 3983*
[h] personatibus - in *PL 647, VL 4990* et
[i] et inde *fehlt VL 3983, VL 4990*
[j] ob *fehlt Halle 54 Berlin 861, OL 911, PL 647, VL 3983, VL 4990, Köln 25b, Prato 1787* ab
[k] ob eas *Ross. 1035* alias*;* eas *Berlin 861, PL 647, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Köln 25b* eis*; VL 3983* ea
[l] decernendo *Ross. 1035, Halle 54* determinando
[m] ad *Prato 1787* in
[n] competere *Prato 1787* capere

***6B. RL 119**, fol. 233r**; Regest:** Lettres d'Innocent VII S. 73 Nr. 76.*

Innocentius etc. Ad futuram rei memoriam. Quoniam omnium interest, quod dispositiones nostre, que pro publica utilitate geste sunt, publice divulgentur, universis christifidelibus presentes litteras inspecturis notum facimus per presentes, quod nuper quandam ordinationem tenoris infrascripti fieri fecimus, qui est talis: „Item, VI nonas octobris pontificatus sui anno primo, prefatus dominus noster cassavit et revocavit ac pro infectis haberi voluit ab earum data omnes et singulas gratias expectativas per ipsum in genere vel in specie factas quibuscumque personis, cuiuscumque preeminentie seu conditionis fuerint, de quibuscumque dignitatibus, personatibus, beneficiis et officiis secularibus et regularibus in civitate et diocesi Leodiensi existentibus et omnia contenta in eis et inde vel ob eas secuta, nisi vigore earum habeant possessionem, decernendo alias ipsarum vigore non

potuisse nec posse ius in re vel ad rem competere.“ Quo circa, ut fides et testimonium revocationis et ordinationis huiusmodi ubilibet locorum habeatur, volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod presentes littere ad probandum plene revocationem et ordinationem antedictas ubicumque et quandocumque in iudicio vel alibi, ubi fuerint exhibite vel ostense, sufficiant nec  ad id alterius probationis adminiculum requirat. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Viterbii, quinto nonas octobris anno primo[1].

De curia. A‹lamannus› Adimarius[2].

---

[1] *1405 Oktober 3.*
[2] *Alamannus Adimarius.*

## 7.

QUOD NON SERVETUR REGULA SUPER GRATIIS EXPEDIENDIS INFRA ANNUM[a].

Dominus noster dominus Innocentius papa VII[b], kalendis novembris pontificatus sui anno primo[1], voluit, quod regule[c] facte per felicis recordationis Bonifatium papam VIIII[d] de expediendis litteris super gratiis et provisionibus[e] etc. infra annum[2] non serventur in gratiis et provisionibus[f] per ipsum factis et fiendis.

---

[1] *1405 November 1*.
[2] *= Bonifaz IX. OT 54, 54a, 69, 69a*.

---

[a] Quod - annum *VL 3984; Hannover 176a* Postea, anno secundo, voluit, quod serventur*; Heiligenkreuz 268* Restrictio regularum super expeditione infra annum*; VL 4988 (rechts)* Vide infra e(odem) regula ultima *(= Nr. 13)* et Gregorius XII regula X et XIIII *(= Gregor XII. Nr. $$$)*
[b] Dominus - VII *fehlt Hannover 176a; Berlin 861(a) folgt* VII
[c] regule *Berlin 861(b), Ross. 1035, VL 3984, Halle 54, Köln 25b* littere
[d] Bonifatium - VIIII*; Halle 54* Bonifatii pape noni*;* VIIII *Berlin 861(b), Ross. 1035* IX*; Hannover 176a* nonum
[e] et provisionibus *fehlt OL 911, VL 4988*
[f] et provisionibus *fehlt OL 911, VL 4988*

## 8.

NOTA DE ILLEGITIMO IMPETRANTE ET AN TENEATUR FACERE MENTIONEM DE SUO DEFECTU[a].

Item, tertio[b] nonas novembris pontificatus sui[c] anno[d] primo[1], prefatus dominus noster statuit et ordinavit, quod, si de cetero[e] contingerit eum signare aliquam supplicationem pro

---

[1] *1405 November 3*.

aliquo illegitime nato habente antea[f] dispensationem auctoritate apostolica seu ordinaria obtinendi aliquod seu aliqua[g] beneficia ecclesiastica seu etiam non habente, quod possit aliquod seu aliud aut alia beneficia ecclesiastica obtinere, sub quacumque forma et quantumcumque[h] ampla petatur, quod per talem signaturam, nisi expresse contineatur in eadem, non intelligatur, quod possit ultra unum beneficium ecclesiasticum cum cura aut sine cura assequi ultra[i] illud vel illa, que antea obtinebat aut assequi potuisset, quod tamen[j] non sit dignitas in aliqua ecclesia nec canonicatus et prebenda in ecclesia cathedrali et quod non obstante tali signatura nihilominus in gratiis[k] apostolicis per talem impetrandis teneatur talis illegitimus[l] facere mentionem de suo defectu, etiamsi[m] in tali supplicatione signata expresse petitum fuisset, quod non teneretur facere mentionem. Quam etiam ordinationem idem dominus noster voluit extendi ad supplicationes iam per eum signatas, super quibus nondum confecte sunt littere apostolice.

---

[a] Nota - defectu *VL 4988; Heiligenkreuz 268* Restrictio signature super dispensatione illegitimis*; Köln 25b* De illegitimis, quod teneantur facere mentionem de illegitimitate in gratiis de cetero impetrandis et quod non possint unum ultra obtenta obtinere, nisi expresse etc.
[b] tertio *Berlin 861, PL 647, Ross. 1035, VL 3984, VL 4988, VL 4990, Halle 54, Hannover 176a, Prato 1787, Wien 5102* III
[c] pontificatus sui *fehlt VL 3983*
[d] anno *fehlt Halle 54*
[e] de cetero *fehlt Berlin 861, Köln 25b*
[f] antea *PL 647, Ross. 1035, Halle 54* ante
[g] *OL 911, PL 647 folgt* beneficium seu
[h] quantumcumque *Halle 54, Prato 1787* quacumque*; Wien 5474* quomodocumque
[i] quod possit ultra - ultra *fehlt VL 3984;* ultra *Hannover 176a* ad
[j] tamen *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* cum
[k] gratiis *VL 3983* litteris
[l] illegitimus *Halle 54* nullatenus
[m] etiamsi *Berlin 861* etiam

## 9.

QUALITER PREFERANTUR FAMILIARES PAPE[a].

Item dominus noster[b] Innocentius[c], nonis maii pontificatus sui anno secundo[d1], declaravit regulam[e] felicis recordationis[f] Bonifatii pape noni[g] editam[h], III nonas ianuarii pontificatus sui anno primo[2], cum eius declaratione subsecuta, VI kalendas iulii[i] anno VI[j3], quas inter

---

[1] *1406 Mai 7*.
[2] *= Bonifaz IX. OT 6 von 1391 Januar 3.*
[3] *= Bonifaz IX. OT 6a von 1395 Juni 26.*

ceteras idem dominus noster[k] in primordio sue assumptionis[4] ratas habuit, debuisse et debere intelligi de gratiis etiam fiendis.

---

[4] *1404 Oktober 17*.

---

[a] Quale - pape *VL 4988 (links); Heiligenkreuz 268* Regula de antelatione familiarium*; Köln 25b* Declaratio regule facte per Bonifatium nonum*; VL 4988 (rechts)* Vide supra de regulis Bonifatii regula IIII, V et VI *(= Bonifaz IX. Nr. $$$)*
[b] *Berlin 861, Köln 25b folgt* dominus
[c] *Prato 1787 folgt* papa VII
[d] secundo *Ross. 1035* quinto*; Halle 54* II
[e] regulam *Ross. 1035* religiosos*; Halle 54* regulas
[f] felicis recordationis *Wien 5102* eius declaratione
[g] pape noni *Ross. 1035* IX*;* noni *VL 3984, VL 4988, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Prato 1787, Wien 5102* VIIII
[h] editam *Berlin 861* ea dicta
[i] *Prato 1787 folgt* pontificatus sui
[j] VI *VL 3984, VL 4988, Prato 1787* sexto
[k] noster *fehlt VL 3984, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102*

## 10.

NARRANTUR CONCESSIONES[a] ET INDULTA CERTA CONCESSA[b] VERTENTIA IN PREIUDICIUM DIVERSORUM ET REVOCANTUR ET ANNULLANTUR[c].

Innocentius episcopus etc.[d] Ad futuram rei memoriam. Ad sacram Petri sedem divina disponente clementia in plenitudinem potestatis assumpti ea, per[e] que animarum pericula oriuntur et que in ordinariorum locorum et ecclesiarum sine iuris alieni preiudicium a sede apostolica emanarunt[f], iuxta pastoralis officii[g] debitum intendimus de medio tollere, ne perpetuum inserant nocumentum[h]. Sane dudum felicis recordationis Bonifatius papa nonus[i] predecessor[j] noster temporis[k] malitia et importunitate petentium causantibus diversis ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus et aliis proceribus sive nobilibus quibusdam, etiam cum eorum subditis, nec non communitatibus[l] civitatum et universitatibus oppidorum, castrorum ac villarum presertim in Germania consistentium nec non habitatoribus et incolis eorundem utriusque sexus, aliquibus videlicet eorum ad tempus aliquod, nonnullis vero perpetuo seu[m] absque prefinitione[n] temporis, per diversas litteras suas[o], ut ipsi nec non proconsules, consules[p], magistri[q] et alii officiales quibuscumque fungentes[r] officiis civitatum, oppidorum, castrorum et villarum predictorum nec non singulares persone ex huiusmodi communitatibus et universitatibus ac prefati habitatores et incole extra territoria et districtus ipsorum seu extra civitates, oppida, castra et villas huiusmodi aut alia certa[s] loca in quibuscumque causis[t] seu emergentibus[u] negotiis per legatos

sedis eiusdem ac delegatos, conservatores, executores et alios iudices a sede predicta pro tempore deputatos aut subconservatores aut subexecutores eorundem conservatorum, executorum et iudicum auctoritate litterarum sedis[v] et legatorum huiusmodi pro tunc concessarum vel in posterum concedendarum de ipsis litteris dicti predecessoris plenam et expressam ac de verbo ad verbum mentionem non facientium et[w] etiam per ordinarios ipsorum et eorum commissarios ad iudicium trahi nequirent inviti, in aliquibus earundem litterarum hac[x] adiecta clausula videlicet[y] „Quamdiu parati essent coram certis iudicibus in certis locis de ipsis conquerentibus respondere“ vel aliqua alia consimili vel dissimili clausula in eisdem litteris adiecta, et etiam[z] nonnullis[aa] ex[bb] eisdem absque aliqua huiusmodi[cc] clausula illud idem duxerat indulgendum, prout[dd] in eisdem[ee] litteris dicti predecessoris dicitur[ff] plenius contineri. Cum autem postea dictus predecessor, antequam super talibus indultis consultius provideret, sicut domino placuit, debitum nature persolverit, nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti nonnullorum ordinariorum ac etiam quarundam aliarum[gg] personarum fidedignarum fuimus crebris relatibus informati, quod per dicta indulta bonum obedientie nedum quoad ordinarios, sed etiam quoad sedem huiusmodi non mediocriter lederetur et multis pretextu eorundem indultorum prestaretur audacia delinquendi cederentque[hh] in grande preiudicium diversorum, unde non est dubium, quin etiam exinde[ii] animarum pericula huiusmodi orirentur[jj]. Quare nos[kk], quorum[ll] interest, cupientes huic morbo congruam adhibere medelam omnia privilegia et indulta predicta per eundem predecessorem, ut prefertur, sub quibuscumque tenoribus seu forma verborum sive cum dicta clausula sive absque illa aut alias qualitercumque concessa auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia revocamus, cassamus et irritamus, processus vero nec non quecumque alia, que[mm] ipsorum vigore forsan in futurum fieri vel haberi contigerit, decernimus nullius existere firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis[nn], cassationis, irritationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii[1], II[oo] nonas novembris pontificatus nostri[pp] anno primo[2].

---

[1] *Viterbo, Latium, Italien*.
[2] *1405 November 4.*

---

[a] concessiones *Arm. 82* constitutiones
[b] *VL 6343 folgt* quod persone non possent artari ad iudicium extra certa loca

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[c] Narrantur - annullantur *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172; Köln 25b* Revocatio indultorum concessorum illis in suprascripta bulla contentis de non trahendo eos extra territoria et districtus ipsorum; *Stuttgart 61* Revocatio indultorum quod extra trahi non possunt
[d] episcopus etc. *Arm. 82, BL 2825, Paris 4172* VII
[e] per *fehlt Ross. 1035*
[f] emanarunt *Berlin 861, Ross. 1035, Köln 25b* curaverunt; *Halle 54* curaveverunt
[g] officii *Ross. 1035* officium
[h] nocumentum *Halle 54* nutrimentum
[i] nonus *Arm. 82, BL 2825, Halle 54, Paris 4172, Stuttgart 61* VIIII; *BL 2850, VL 6343* VIII; *Ross. 1035* IX
[j] predecessor *Ross. 1035* dominus
[k] temporis *Ross. 1035* temporalis
[l] communitatibus *Arm. 82* comitatibus
[m] seu *Ross. 1035* sed
[n] prefinitione *fehlt BL 2850; Arm. 82* presumptione; *VL 6343* perfinitione
[o] suas *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* seu
[p] consules *fehlt Stuttgart 61*
[q] magistri *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* magistratus
[r] fungentes *BL 2850* fungentibus
[s] certa *Ross. 1035, Halle 54* terra
[t] causis *Halle 54* ecclesiis
[u] emergentibus *Berlin 861* emergentes
[v] *Berlin 861 folgt* apostolice
[w] *Ross. 1035, Halle 54 folgt* omnia
[x] hac *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* ac
[y] videlicet *fehlt Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b*
[z] etiam *BL 2850* est
[aa] nonnullis *Arm. 82* nonnulli
[bb] ex *fehlt BL 2850, VL 6343*
[cc] huiusmodi *fehlt Berlin 861, Köln 25b; Stuttgart 61* ex huiusmodi
[dd] prout *Arm. 82* pro
[ee] eisdem *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* ipsis
[ff] dicti - dicitur *fehlt BL 2850*
[gg] aliarum *fehlt Arm. 82*
[hh] cederentque *Berlin 861, Halle 54, Köln 25b* crederentque
[ii] exinde *fehlt Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b*
[jj] orirentur *Berlin 861* orientur; *Ross. 1035, Köln 25b* ornentur
[kk] quare nos *fehlt Ross. 1035, Halle 54*
[ll] quorum *Halle 54 folgt* ius
[mm] que *BL 2850, VL 6343* per
[nn] revocationis *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* reservationis
[oo] II *BL 2850, VL 6343* pridie; *Halle 54* secundo
[pp] pontificatus nostri *fehlt Arm. 82, Paris 4172, Stuttgart 61*

## 11.

De litteris expediendis in forma „Ratione congruit“ super gratiis factis per felicis recordationis Bonifatium nonum[a].

Item dominus noster[b], XIII kalendas maii pontificatus sui anno secundo[c1], voluit et concessit, quod super[d] omnibus gratiis per felicis recordationis Bonifatium papam VIIII[e] concessis, in quibus tantum tempus, infra quod iuxta ordinationem et prorogationem super hoc per

eundem predecessorem factas littere apostolice[f] confici poterant, kalendis augusti proxime preteriti[2] non fuit elapsum, sub consueta forma, que incipit „Rationi congruit“, infra tres menses ab hac die et in antea computandos dumtaxat valeant expediri, exceptis concessionibus seu gratiis de unionibus et exemptionibus[g] ecclesiarum, monasteriorum ac aliorum ecclesiasticorum beneficiorum secularium et regularium quorumlibet et dispensationibus ad incompatibilia et in feudalibus rerum ecclesiasticarum et earum alienationibus et perpetuis concessionibus de fructibus ecclesiasticorum titulorum in absentia percipiendis et quod qui ratione parochialium aut curatorum beneficiorum aut aliorum habentium ordinem annexum non teneantur se facere ad ordines promoveri et, si forsan ultra huiusmodi casus exceptos[h] aliqua, super quibus littere apostolice in forma predicta expediri petentur, occurrant, que a iure seu stilo Cancellarie apostolice exorbitent, voluit idem dominus noster, quod super talibus littere non expediantur, sed ipse consulatur et fiat super illis, sicut decrevit faciend(as).

---

[1] *1406 April 19.*
[2] *1405 August 1*.

---

[a] De - nonum *Köln 25b*
[b] *Ross. 1035, Halle 54 folgt* papa
[c] secundo *Halle 54* II
[d] super *fehlt Ross. 1035, Halle 54*
[e] VIIII *Ross. 1035* IX
[f] littere apostolice *Ross. 1035, Halle 54* litteras apostolicas
[g] exemptionibus *Halle 54* executionibus
[h] exceptos *Ross. 1035, Halle 54* acceptos

## 12.

REVOCATIO EXEMPTIONUM[a] HOSPITALIUM, XENO‹DO›CHIORUM[b].

Item[c] dominus noster Innocentius[d] papa VII[e], VIII idus aprilis pontificatus sui anno secundo[f1], voluit revocationem exemptionum[g] factam[h] per felicis recordationis dominum[i] Bonifatium papam VIIII[j] XI kalendas ianuarii pontificatus sui anno XIIII[k2], de monasteriis, ecclesiis etc.[l] in forma sua[m] extendi etiam ad exemptiones hospitalium, xenodochiorum, leprosariorum[n] et aliorum piorum locorum[3].

---

[1] *1406 April 8*.
[2] *= Bonifaz IX. OT 76 von 1402 Dezember 22.*
[3] *= Bonifaz IX. ME 2*.

[a] exemptionum *VL 4988* etia(m) binonum *(!)*
[b] Revocatio - xenodochiorum *VL 4988; Köln 25b* Extensio revocationis exemptionis facte per dominum Bonifatium
[c] *Prato 1787 folgt* idem
[d] Innocentius *Ross. 1035* Bonifatius
[e] VII *Halle 54, Köln 25b* septimus
[f] secundo *Wien 5102* II
[g] exemptionum *Heiligenkreuz 268, Prato 1787* expectationum
[h] factam *Ross. 1035, Halle 54, Heiligenkreuz 268, Prato 1787, Wien 5102* factarum
[i] dominum *fehlt Ross. 1035, Halle 54*
[j] VIIII *Ross. 1035* IX
[k] XIIII *VL 4988, Prato 1787* quartodecimo
[l] etc. *fehlt Wien 5102; Ross. 1035, Halle 54* et
[m] sua *fehlt Berlin 861, Halle 54, Köln 25b*
[n] leprosariorum *Berlin 861, Ross. 1035, Halle 54, Köln 25b* leprosorum

## 13.

| *Ross. 1035, Halle 54.* | *Alle anderen Textzeugen.* |
|---|---|
| | DE EXPEDITIONE LITTERARUM[a]. |
| Ex parte reverendi patris domini episcopi Placentini[1] domini nostri pape referendarii et de ipsius mandato Cancellariam sancte Romane ecclesie regentis pro reverendissimo in Christo patre et domino domino[b] Angelo[2] episcopo Ostiense et dicte Romane ecclesie vicecancellario notificatur omnibus et singulis curie Romane sequentibus, quod idem dominus noster, nonis augusti pontificatus sui anno secundo[3], voluit et ordinavit, quod super quibuscumque gratiis per eum quibuscumque personis factis et faciendis littere apostolice expediri debeant infra annum, super factis videlicet a dicta die nonis augusti anni predicti et super faciendis et a data ipsarum gratiarum computandum, alio- | Item, nonis[d] augusti pontificatus sui anno secundo[e], voluit et ordinavit, quod super quibuscumque gratiis per eum[f] factis et faciendis littere apostolice expediantur usque |

[1] *Branda de Castillione.*
[2] *Angelus Acciaiolus.*
[3] *1406 August 5.*

| | |
|---|---|
| quin ipsas gratias voluit esse nullas et extinctas per lapsum termini huiusmodi. In cuius rei testimonium mandavit presentem cedulam ipsius sigillo muniri. Datum in domo habitationis eiusdem episcopi, die lune, sexto mensis septembris pontificatus sui anni predicti[4c]. | ad registrum inclusive infra annum, super iam factis videlicet a nonis predictis et super faciendis ab ipsarum data computandum, alioquin gratie ipse lapso termino huiusmodi sint extincte. |

[4] *1406 September 6.*

[a] De - litterarum *VL 4988 links und rechts* Vide supra V *(= Nr. 7)* et infra Gregorius XII regula X et XIIII *(= Gregor XII. Nr. $$$)*
[b] domino *fehlt Halle 54*
[c] pontificatus - predicti *fehlt Halle 54*
[d] *Prato 1787 folgt* kalendas
[e] secundo *Wien 5102* II
[f] per eum *fehlt Prato 1787*

## Extravaganten

## 14.

***Arm. 82**, fol. 155r-156v; **Reg. Vat. $$$ (De curia = 333, fol. 65-383 anno I und II) /Reg. Lat. $$$ (De Curia = 119 fol. 118-120, 231-233 alles anno I;** **BL 2825**, fol. 116r-117r; **BL 2850**, fol. 102r-103v; **VL 6343**, fol. 108r-109r; **Ivrea 54,** fol. 28r-28v; **Paris 4172**, fol. 135r-136v.*

Reg. Lat. 120, 121, 122, 122A alles Communbriefe

REVOCATIO GRATIARUM BONIFATII VIIII[a] FACTA[b] PER INNOCENTIUM VII[c].

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Nuper attendentes, quod, sicut nobis innotuerat, quod multi hactenus a felicis recordationis Bonifatio papa VIIII[d] predecessore nostro per importunam instantiam in multis et diversis orbis ecclesiis atque locis super collationibus, provisionibus, reservationibus canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, prioratuum, personatuum et officiorum, ecclesiarum, portionum, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum multas et varias gratias impetraverunt, ex quorum impetrantium multitudine eedem ecclesie erant plurimum pregravate, ac ex hiis et aliis certis causis, que ad hoc rationabiliter nos moverunt, super hiis providere volentes presentis[e] nostre constitutionis edicto, omnes reservationes et concessiones super canonicatibus et prebendis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, officiis,

portionibus, prestimoniis, ecclesiis parochialibus et ruralibus et aliis quibuscumque ecclesiasticis beneficiis vacaturis secularibus et regularibus cum cura et sine cura, quocumque nomine censerentur, et etiam ad collationes seu provisiones super canonicatibus in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum, portionum, prestimoniorum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque cum cura vel sine cura, commissiones etiam seu concessiones super facultatibus seu potestatibus quibusvis factas[f] super huiusmodi ecclesiasticis beneficiis vacaturis auctoritate apostolica etiam ad nominationem[g] alterius reservandis aut etiam conferendis, in quibus nondum erat in re licet ad rem alicui ius quesitum, commissiones quoque et mandata super recipiendis personis aliquibus in ecclesiis vel monasteriis sive locis aliis regularibus, que in eis recepte non erant, ab eodem predecessore facta seu concessa quibuscumque personis, cuiuscumque conditionis, preeminentie, ordinis sive status existerent, per eiusdem predecessoris litteras sub quibuscumque tenoribus, modo, forma seu conceptione[h] verborum, omnesque processus habitos per easdem, etiamsi in ecclesiis secularibus earum alique in canonicos essent recepte ac etiam per executores earum facte fuissent reservationes, inhibitiones et decreti interpositiones aut earum alique auctoritate predictarum litterarum in aliquibus ecclesiis secularibus ultra statutum[i] canonicorum numerum in canonicos essent recepte, quantum ad capitulum et ad chorum et perceptionem[j] distributionum cotidianarum et plenitudinem iuris canonici haberent, sed in eis prebendas, dignitates, personatus sive portiones et alia beneficia, que dantur tantum existentibus de numero, tunc expectarent auctoritate apostolica, videlicet XV kalendis presentis mensis novembris[1], revocavimus, cassavimus, irritavimus et viribus evacuavimus, eaque cassa et irrita nuntiavimus et nullius existere firmitatis. Verum si huiusmodi persone recepte ultra numerum distributiones et alia ut canonici de numero existentes sic perciperent, quod per cessionem[k] vel decessum illorum, qui erant intra[l] numerum et vigore dictarum litterarum amplius assequi nihil expectarent nisi distributionum seu partium suarum augmentum[m], cum forsan essent in ecclesia, in qua[n] canonicorum non autem portionum numerus vel prebendarum distinctio habeatur, quantoque[o] inter pauciores eiusdem ecclesie dividebantur proventus, tanto maiores fieri poterant singulorum percipientium portiones, ad istos nec non ad eos, quibus[p] de certis expressis[q] beneficiis ecclesiasticis, que certo modo proponebantur vacare, datis super hoc per litteras dicti predecessoris executoribus, ad illos etiam, quibus de certis[r] et expressis huiusmodi beneficiis, cum vacarent per

---

[1] *1404 Oktober 18*.

assecutionem pacificam[s] alterius beneficii vel per munus consecrationis suscipiendum vel quovis modo alio, ut prefertur, nec non ad eos, quibus de canonicatibus cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum, ecclesiarum, portionum, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum huiusmodi per dictum predecessorem facte gratie extiterant[t], qui ante diem predictam videlicet XV kalendas novembris vacaverant et tunc vacabant ac per impetrantes, quibus erant provisiones huiusmodi faciende, a suis executoribus petitum fuerat, quod talia beneficia sic vacantia eis conferrent, nec per eos stetisset, quominus conferrentur eisdem, nec non ad eos, qui per litteras dicti predecessoris in aliquibus ecclesiis in canonicos erant recepti et dignitates, personatus et officia canonicis dumtaxat consueta conferri dictarum litterarum vel alia quavis auctoritate inibi assecuti fuerant licet prebendas expectarent, ad eos etiam, qui per litteras facultatis dicti predecessoris in aliquarum ecclesiarum canonicos non apostolice sedis, sed recipientium auctoritate erant[u] recepti licet prebendas et alia beneficia expectarent ibidem, et ad eos, qui super receptione sua in ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, in quibus non erat certus canonicorum vel canonicarum regularium vel monachorum seu monialium aut quarumvis aliarum personarum religiosarum, quocumque nomine[v] nuncuparentur, numerus vel, si etiam aliquis vel aliqua de numero predicto ante diem predictam defuerat[w] vel adhuc deerat, litteras apostolicas impetrassent, si per eos vel per eas non stetisset, quominus recepti vel recepte fuissent in dictis ecclesiis vel monasteriis sive locis, ac etiam ad illos[x], qui huiusmodi prebendas, dignitates, personatus vel officia aut alia quecumque beneficia ecclesiastica vigore gratiarum eis factarum per dictum predecessorem, super quibus tempore[y] obitus dicti predecessoris apostolice littere confecte non fuerant, expectabant illaque vacantia et eis debita ante dictam diem in forma debita acceptarunt, dictas constitutionem et revocationem voluimus non extendi ac insuper irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem pro eo, quod super premissis apostolice littere confecte non fuerunt, de constitutione et revocatione huiusmodi valeat hesitari, nos constitutionem et revocationem predictas ac alia premissa omnia presentibus fecimus[z] annotari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, revocationis, cassationis, irritationis, vacuationis[aa] et decreti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, III[bb] idus novembris, pontificatus nostri[cc] anno primo[dd][2].

---

[2] *1404 November 11*.

---

[a] VIIII *VL 6343* noni
[b] facta *BL 2850, VL 6343* factarum
[c] Revocatio - VII *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172;* VII *BL 2850* septimum
[d] VIIII *BL 2850, VL 6343, Ivrea 54* IX
[e] presentis *fehlt Ivrea 54*
[f] factas *Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* factis
[g] nominationem *Ivrea 54* denominationem
[h] conceptione *Arm. 82* concessione
[i] statutum *BL 2850* statum
[j] perceptionem *BL 2850, VL 6343* perceptionum
[k] cessionem *BL 2850, VL 6343* cessum
[l] intra *Ivrea 54* inter
[m] augmentum Ivrea 54 argumentum
[n] qua *fehlt Arm. 82*
[o] quantoque *BL 2850* quandoque*; Ivrea 54* quodque
[p] quibus *fehlt BL 2850, VL 6343; Ivrea 54* cuilibet
[q] expressis *Ivrea 54* ex premissis
[r] de certis *Ivrea 54* decretis
[s] pacificam *fehlt Ivrea 54*
[t] extiterant *Paris 4172* extiterent
[u] erant *fehlt BL 2850, VL 6343*
[v] nomine *fehlt Ivrea 54*
[w] defuerat *Arm. 82* refuerat
[x] ad illos *Ivrea 54* illas
[y] tempore *BL 2850* temporibus
[z] fecimus *Arm. 82* facimus
[aa] vacuationis *Arm. 82* vacationis
[bb] III *BL 2850* tertio
[cc] pontificatus nostri *fehlt BL 2850, VL 6343*
[dd] primo *BL 2850* tertio

## 15.

***Arm. 82**, fol. 156v-158r; **Reg. Lat.** $$$, fol. $$$; **Reg. Vat. $$$**, fol. $$$; **BL 2825**, fol. 117v-118r; **BL 2850**, fol. 103v-104v; **VL 6343**, fol. 109r-110r; **Paris 4172**, fol. 136v-137v.*

CONSTITUTIO CONTRA LITTERAS „VIDIMUS[a]“.

Innocentius episcopus servus servorum Dei[b], dilectis filiis Nuemburgensis et sancti Sebastiani[c] (kontrollieren in BL 2825 und 2850) Magdeburgensis ac sancti Mauritii extra muros Hildesemensis ecclesiarum decanis, salutem etc. Iustis supplicum votis libenter annuimus eaque favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem felicis recordationis Urbanus papa VI predecessor noster ex certis causis ad id suum inducentibus animum quibusdam prelatis dicitur concessisse, quod in eorum civitatibus et diocesibus non potest fieri executio aliquarum[d] litterarum apostolicarum, nisi prius ipse littere exhiberentur eisdem prelatis vel eorum officialibus et per ipsos essent approbate, et deinde ad notitiam pie memorie Bonifatii pape VIIII[e] dicti Urbani immediati successoris predecessoris nostri quamplurimum fidedignorum relatione deducto[f], quod prelati seu officiales predicti de-

duxerant in[g] consuetudinem et aliqui pretextu statutorum provincialium seu sinodalium similiter faciebant et servabant, quod tales litteras nullus de cetero auderet exequi, nisi postquam prelati seu officiales ipsi per suas litteras, quas „Vidimus“ nuncupabant, mandarent et concederent, quod dictas litteras apostolicas possent exequi iudices in eis deputati et quod propter tales litteras „Vidimus“ nuncupatas sepius impetrantes ipsi earundem litterarum apostolicarum nequiverant consequi effectum propter huiusmodi concessionem dictis prelatis factam et litteras apostolicas super ea confectas, dictus Bonifatius predecessor[h] provide attendens, quod dicta concessio tenebat[i] ad noxam, eandem concessionem ac statuta quecumque super hiis facta videlicet XI kalendas ianuarii pontificatus sui anno quartodecimo[1] revocavit, cassavit et annullavit ac voluit et decrevit, quod iudices et executores quicumque in litteris apostolicis deputati et deputandi ac notarii et tabelliones super hiis requisiti et requirendi absque huiusmodi littera „Vidimus“ nuncupata et absque licentia vel consensu quorumcumque prelatorum vel superiorum aut officialium libere huiusmodi litteras apostolicas exequi possent et deberent, ac omnes et singulas sententias, quas prelati vel superiores aut eorum officiales huiusmodi contra iudices vel executores prefatos propter executiones huiusmodi per eos[j] faciendas infligerent[k] seu promulgarent, decrevit idem predecessor irritos et inanes nulliusque existere roboris vel momenti, prout in apostolicis litteris dicti Bonifatii predecessoris super revocatione, cassatione, irritatione et decreto predictis confectis plenius continetur[2]. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Henrici de Werborghe[3] prepositi et ..[l] decani nec non capituli ecclesie sancti Petri Iecheburgensis[4] Maguntinensis diocesis petitio continebat, ‹quod› venerabilis frater noster Iohannes[5] archiepiscopus Maguntinensis egre ferens, quod apostolice littere, per quas eidem Henrico de prepositura eiusdem ecclesie tunc certo modo vacante et antea dispositioni apostolice reservata fuerat provisum, absque huiusmodi littera „Vidimus“ fuerint executioni mandate et in eadem ecclesia publicate, nonnullos processus, diversas excommunicationis, suspensionis et interdicti et alias sententias et penas continentes contra eosdem decanum et capitulum ac perpetuos vicarios et clericos ac presbiteros et beneficiatos in dicta ecclesia nec non contra personas ecclesiasticas eidem preposito ratione dicte prepositure subiectas post et contra revocationem, cassationem, irritationem et decretum predicta fecerit vel per suum officialem fieri mandaverit in

---

[1] *1402 Dezember 22*.
[2] *= Bonifatius IX. OT 78*.
[3] *Vgl. zu ihm RG 2/1 Sp. 487.*
[4] *Jechaburg (heute Stadtteil von Sondershausen), Thüringen, Deutschland.*

gravem ipsorum prepositi, decani et capituli ac vicariorum, beneficiatorum, clericorum et presbiterorum ac personarum lesionem. Pro parte ipsorum prepositi, decani et capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignaremur, nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, si est ita, tam huiusmodi quam alios quosvis processus, sententias et penas per archiepiscopum vel eius officialem predictos aut quosvis alios quavis auctoritate pro eo, quod huiusmodi littere „Vidimus“ nuncupate ab eis obtente non fuerunt, aut alias propter executionem et publicationes quarumcumque litterarum apostolicarum in dicta ecclesia vel infra limites eiusdem prepositure iam publicatarum et publicandarum in posterum actu forsan inchoatos vel factos et in posterum faciendos auctoritate nostra declaretis fuisse et esse nullos ipsosque prepositum, decanum et capitulum nec non vicarios, beneficiatos, presbiteros, clericos et personas non permittatis premissorum occasione contra revocationem, cassationem, annullationem, voluntatem et decretum predicta quomodolibet molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus si eisdem archiepisopo et officiali vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum, XV[m] kalendas martii pontificatus nostri anno primo[n][6].

---

[5] *Johann von Nassau, 1397-1419 Erzbischof von Mainz.*
[6] *1405 Februar 15*.

---

[a] Constitutio - Vidimus *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[b] episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343* etc.
[c] Sebastiani *Arm. 82, VL 6343, Paris 4172* Stephani
[d] aliquarum *fehlt BL 2850*
[e] VIIII *BL 2850, VL 6343* IX
[f] deducto *BL 2850* preducto
[g] in *Arm. 82* qui
[h] predecessor *fehlt BL 2850, VL 6343*
[i] tenebat *VL 6343* tendebat
[j] eos *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, Paris 4172* eas
[k] infligerent *BL 2850, VL 6343* infringerent
[l] et .. *Arm. 82, BL 2825* etc.; *VL 6343* N.
[m] XV *BL 2850, VL 6343* quintodecimo
[n] primo *BL 2850* secundo

**16.**

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

***Arm. 82**, fol. 164v-165r; **Reg. Lat. $$$**, fol. $$$; **Reg. Vat. $$$**, fol. $$$ (De curia = 333, 334); **BL 2825**, fol. 122v-123r; **BL 2850**, fol. 108v-109r; **VL 6343**, fol. 113v-113v; **Paris 4172**, fol. 144r-144v.*

DECLARATIO, QUOD QUIS NON COMPREHENDATUR SUB REVOCATIONE DE EXEMPTIONIBUS, ET NARRATUR EXEMPTIO FACTA ILLI ET REVOCATIO EIUSDEM[a].

Innocentius VII[b]. Ad futuram rei memoriam. Iustis et honestis supplicum votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem[c] felicis recordationis Bonifatius papa VIIII[d] predecessor noster dilectum filium Laurentium Dominici de Aretio canonicum Aretinum et plebem Sancti Angeli de Castellione Aretino Aretine diocesis ac canonicatum et prebendam ecclesie Aretine, quos tunc obtinebat prout obtinet, cum deservientibus in[e] eis in divinis sub beati Petri et sua protectione suscepit atque ab omni iurisdictione, dominio et potestate tam venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilectorum filiorum capituli Aretini quam cuiuslibet alterius prelati et ecclesiastice persone, quamdiu idem Laurentius vitam duceret in humanis, per suas litteras exemit et totaliter liberavit, prout in dictis litteris plenius continetur. Postmodum vero prefatus predecessor videlicet XI kalendas ianuarii pontificatus sui anno quartodecimo[f1] revocavit et annullavit omnes exemptiones perpetuas per eum factas quibuscumque ecclesiis vel monasteriis aut capitulis vel prelatis aut conventibus quorumcumque ordinum seu religionum et secularium ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum, universitatibus quorumlibet castrorum, terrarum et villarum et litteras super illis confectas decrevit esse irritas et inanes ac nullius roboris vel momenti. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Laurentii petitio continebat, a nonnullis asseratur exemptionem et liberationem huiusmodi per revocationem et annullationem predictas revocatas fore, pro parte eiusdem Laurentii nobis fuerit humiliter supplicatum, ut super hoc ei de opportuno declarationis remedio providere dignaremur. Nos igitur ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium exemptionem et liberationem predictas sub revocatione et annullatione huiusmodi non comprehendi auctoritate predicta[g] tenore presentium declaramus et decernimus[h], prout est, irritum et inane, si secus[i] quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Nulli ergo etc. declarationis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, X kalendas augusti pontificatus nostri[j] anno secundo[2].

---

[1] *1402 Dezember 22 = Bonifatius IX. OT 67-81.*
[2] *1406 Juli 23.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] Declaratio - eiusdem *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[b] VII *VL 6343* etc.
[c] siquidem *fehlt VL 6343*
[d] VIIII *Arm. 82, Paris 4172* IX*; VL 6343* VIII
[e] in *fehlt Arm. 82, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[f] quartodecimo *BL 2850, VL 6343* XIIII
[g] predicta *BL 2850, VL 6343* apostolica
[h] et decernimus *Paris 4172* decernentes
[i] si secus *fehlt Arm. 82, BL 2825 (durchgestrichen), BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[j] pontificatus nostri *fehlt BL 2825, Paris 4172*

## 17.

***PL 685****, fol. 1v.*

CONSTITUTIO INNOCENTII.

Innocentius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. In apostolice sedis speculo licet immerito disponente Domino constituti ad hoc, prout nobis ex debito pastoralis incumbit officii, libenter intendimus, ut ecclesiastica beneficia iustis titulis teneantur et ne quibus ad illa patiat vitiosus ingressus neque hiis et aliis etiam prebeatur incentivum delinquendi, quantum in nobis est, remedium adhibere opportunum. Cum itaque, sicut ad nostrum nuper non sine gravi mentis turbatione pervenit auditum, nonnulli ambitionis vitio peccati nescientes in semitis iustitie dirigere gressus suos, ut beneficia ecclesiastica citius occuparent seu alias gratias et concessiones a nobis facilius obtinerent, in quibusdam rotulis per nos signatis pro se aut aliis personis nonnullas petitiones super gratiis beneficialibus a nobis obtinendis imponi seu inscribi etiam nescientibus illis, sub quorum titulis rotuli ipsi confecti fuerunt, aut huiusmodi vel etiam particulares petitiones super nonnullis aliis concessionibus per nos signari seu gratias et concessiones alias pro se vel aliis per interpositas personas datis aut promissis pecuniis seu aliis muneribus preciosis pravis fieri vitiosi procuraverint, nos attendentes, quod premissa in magnum ipsorum talia procurantium periculum vergunt animarum atque scandalum plurimorum, ac super hiis de opportuno remedio procurare cupientes auctoritate apostolica tenore presentium omnes et singulas gratias et concessiones, quecumque et qualescumque fuerint, sic vitiose et alias simoniace seu etiam preter scitum vel consensum illorum, sub quorum titulis rotuli huiusmodi confecti fuerint, in rotulis ipsis seu extra illos ad instantiam cuiuscumque vel quorumcumque obtentas, ut prefertur, aut quecumque inde secuta auctoritate apostolica tenore presentium cassamus, irritamus et nullius esse volumus roboris et momenti. Et insuper ‹in› omnes et singulos, cuiuscumque gradus vel conditionis fuerint, etiamsi pontificali aut alia quavis preful-

geant dignitate, quos forsan in futurum huiusmodi nefanda in rotulis huiusmodi vel extra alias simoniace procurare vel tractare aut propterea pecunias vel alia munera dare aut promittere seu recipere contigerit, ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententiam promulgamus, a qua per alium quam per Romanum pontificem preterquam in mortis articulo absolvi nequeant quoquomodo. Et nihilominus procurantes, tractantes, dantes, promittentes et recipientes huiusmodi omnes et singulos sive pro se sive pro aliis omnibus beneficiis ecclesiasticis, que tunc quomodolibet obtinebant, eadem auctoritate privamus ac ex tunc privatos esse decernimus et amovemus ab eisdem ipsosque inhabilitamus et inhabiles esse volumus ad ista et quecumque alia beneficia ecclesiastica in posterum obtinenda. Nulli etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, VIII idus aprilis pontificatus nostri anno primo[a1].

---

[1] *1405 April 6.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 18.

***OS 57**, fol. 132r.*

RECESSUS DOMINI INNOCENTII PAPE VII DE URBE.

Anno, pontificatu et indictione predictis ‹MCCCCV, indictione XIII›, die VI mensis augusti[1] sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Inncentius divina providentia papa septimus discessit de Urbe cum cardinalibus preter cardinalem de Columna[2] et cardinalem Sancti Angeli[3], qui remanserunt propter occisionem Romanorum et quia tumultus erat in populo.

Die vero veneris VII mensis augusti[4] idem dominus noster recessit de Cesano[5] et de sero venit Sutrium[6].

---

[1] *(1405) August 6.*
[2] *Oddo de Columna.*
[3] *Petrus de Stefaneschis*.
[4] *(1405) August 7.*
[5] *Cesano, Latium, Italien.*
[6] *Sutri, Latium, Italien.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Die autem sabbati[7] recessit de Sutrio et venit Sanctam Mariam ad Gradus ordinis fratrum predicatorum extra muros Viterbienses[8], ubi fuit in prandium, et hora vesperorum intravit civitatem Viterbiensem, ubi fuit a clero et populo honorifice susceptus[a].

[7] *(1405 August 8).*
[8] *Viterbo, Latium, Italien.*

[a] *Layoutendnote*

## 19.

***OS 57**, fol. 132r.*

TRANSLATIO CURIE ROMANE.

Anno, pontificatu et indictione predictis ‹MCCCCV, indictione XIII›, die XI mensis augusti[1] translata fuit curia Romana per edictum de urbe Romana ad civitatem Viterbiensem[2] et posita fuerunt edicta ad portas Palatii et sancti Laurentii maioris ecclesie Viterbiensis[a].

[1] *(1405) August 11.*
[2] *Viterbo, Latium, Italien.*

[a] *Layoutendnote*

## 20.

***OS 57**, fol. 132r; **Druck:** BAUMGARTEN, Von der apostolischen Kanzlei S. 116.*

CREATIO VICECANCELLARII.

Anno, pontificatu et indictione predictis ‹MCCCCV, indictione XIII›, die XXVIIII mensis augusti[1], reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Angelus[2] miseratione divina episcopus Ostiensis cardinalis Florentinus creatus fuit in vicecancellarium sancte Romane ecclesie et iuravit officium in manibus domini nostri pape, presentibus pluribus cardinalibus, domino camerario[3] et clericis Camere[a].

[1] *(1405) August 29.*
[2] *Angelus Acciaiolus.*
[3] *Conradus Caraccioli.*

[a] *Layoutendnote*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 21.

***OS 57**, fol. 143r; **Teildruck:** BAUMGARTEN, Von der apostolischen Kanzlei S. 117.*

RECESSUS DOMINI INNOCENTII PAPE SEPTIMI DE VITERBIO CUM CURIA ET ADVENTUS ROMAM.

Anno, pontificatu et indictione predictis ‹MCCCCVI, indictione XIIII›, die X mensis martii[1], sanctissimus in Christo pater et dominus nostrer dominus Innocentius divina providentia papa septimus, quinto idus dicti mensis martii, que fuit die iovis, iturus ad almam Urbem cum sua curia recessit de Viterbio[2] et eadem die applicuit Sutrium[3].

Die veneris sequenti[4] Campagnanum[5] et die sabbati, que fuit festum Gregorii et tertio idus ipsius mensis[6], hora vesperorum, intravit cum maximo triumpho Urbem predictam, ad quam transtulit suam curiam[a].

[1] *(1407) März 10; die fünften Iden = 11. März wären 1407 ein Freitag gewesen.*
[2] *Viterbo, Latium, Italien.*
[3] *Sutri, Latium, Italien.*
[4] *(1407 März 11).*
[5] *Campagnano di Roma, Latium, Italien.*
[6] *(1407) März 12; die dritten Iden = 13. März wären 1407 ein Sonntag gewesen.*

[a] *Layoutendnote*

## 22.

***OS 57**, fol. 154v.*

REDDITUS CARDINALIS FLORENTINUS.

Die veneris vicesima quarta mensis septembris ‹MCCCCVI, indictione XIIII›, reverendissimus in Christo pater dominus Angelus[1] miseratione divina episcopus Ostiensis cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus rediit de balneis de Viterbio[2] ad almam Urbem videlicet ad Romanam curiam[a].

[1] *Angelus Acciaiolus.*
[2] *Viterbo, Latium, Italien.*

[a] *Layoutendnote*